

Cambridge University Press  
 978-1-108-01273-7 - Catulli Veronensis Liber  
 Edited by Robinson Ellis  
 Excerpt  
[More information](#)

Versus Domini Beneuenuiti de Campexanis de Vicencia de  
 resurrectione Catulli poetae Veronensis.

Ad patriam uenio longis a finibus exul,  
 Causa mei reditus compatriota fuit.  
 Scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen;  
 Quique notat turbae praetereuntis iter.  
 Quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,        5  
 Quoius sub modio clausa papyrus erat.

*De hoc epigrammate dixi in Prolegomenis, pp. xii–xv. Extat in fine Germanensis, (ubi praefixa sunt uerba Versus—Veronensis,) Hamburgensis, Harleiani<sup>1</sup> (b) et eius quem in hac editione uocaui c; habent id in initio Bononiensis, Laurentianus<sup>1</sup>, Vaticanus (BLA<sup>1</sup>V), codex Alani quem Cuiacianum habeo, duo codices Musei Britannici (a, b), tres Parisini (7989, 8233, 7990). In V dicitur Epitaphium Catulli; in Parisino 7989 Versus Catulli prohemiales; Parisinus 7990 editio habita Parisina saec. XV et editio Princeps 1472 praefixum habent Hextichum Guarini Veronensis Oratoris clarissimi in libellum Valerii Catulli eius conciuus.*

1. redeo Cuiacianus teste Scaligero et codex Alani        resurrectione G  
 poete G        de finibus b, ed. Pr.        erroribus c, sed habet a finibus in  
 margine.

2. redditus H.

3. Silicet V.

4. cursum c, Cuiacianus teste Scaligero et codex Alani. Idem malebat  
 Naekius.

5. Quo libet marg. b        celebrare Hab        reuocate marg. c, Cuiacianus  
 teste Scal. et codex Alani

6. Quoius Cuiacianus teste Scal. et codex Alani, b ed. Pr. ed saec. XV.  
 cuius cett.        medio hab        in medio H        causa b        papyrus BVA.

Cambridge University Press  
978-1-108-01273-7 - Catulli Veronensis Liber  
Edited by Robinson Ellis  
Excerpt  
[More information](#)

---

*Quae rubris literis impressa sunt ea ex comparatis omnium codicum lectionibus in eo fuisse colliguntur codice unde qui extant omnes praeter Thuanacum uidentur profuxisse: ita tamen ut incertum relinquatur dittographiae quales sunt <sup>al. basla</sup> basiei <sup>al. carta</sup> et certa in principali illo codice fuerint an ex dubitatione ortae eorum qui hunc nondum finito saec. xiv transcripserunt.*

Cambridge University Press  
 978-1-108-01273-7 - Catulli Veronensis Liber  
 Edited by Robinson Ellis  
 Excerpt  
[More information](#)

## CATVLLI VERONENSIS LIBER.

### I.

#### QUI dono lepidum nouum libellum

Catulli (Catullis *La*<sup>2</sup>) Veronensis liber incipit ad Cornelium *BGLa*<sup>2</sup> *Ven* Catulli Veronensis poetae liber incipit *AL* Catulli Veronensis ad Corneli-um *La*<sup>1</sup> Catullus Veronensis poeta *O* Catulli Veronensis poetae illustris incipit feliciter ad Cornelium *H* Clarissimi poetae Catulli Veronensis liber incipit ad Cornelium *b* Catuli Veronensis poete cla liber incipit *a* Catulli Veronensis poetae Lyrica incipiunt feliciter *Phillippensis* *Et his quidem omnibus abest praenomen* *Q.* Catuli Veronensis liber incipit ad Cornelium *I. D.* *Q. VALERI. CATVLLI. VERONENS. AD CORN. NEPOTEM. LIBER C* *Q.* Catulli etiam *Riccardianus, et Cuiacianus, teste Scaligero; Plin. H. N. XXXVII. 81.* ‘Nonius Senator filius Strumae Noni eius ‘quem *Q.* Catullus poeta in sella curuli uisum indigne tulit.’ *Quamquam ibi Q. abest ab optimis codicibus et Bambergensi, idque omittendum uidetur L. Iano, Schwabio, (Quaest. p. 15) mibi. C. dicitur in Apuleii Apol. X (p. 15 Krueger)* ‘Eadem igitur opera accusent C. Catullum quod Lesbiam pro Clodia nomi-‘narit.’ *et in fragm. Suetonii de Poetis in Hieronymi chron. ol. CLXXIII. 2, ‘Gaius Valerius Catullus scribtor Lyricus Veronae nascitur’ (fr. 22, ed. Reifferscheid.) In ipsis carminibus nihil est quod rem soluat: quanquam in LXVII. 12 uerum istius populi ianua qui te facit, uerisimilis uidetur con-jectura Scaligeri Quinte ex qui te elicientis. Valerium cognomen fuisse testantur praeter Hieronymum u. s., Suet. Iul. LXXIII, Porphyrio ad Hor. S. I. 10, 19, commentator Cruquianus p. 398, fortasse etiam Cbarisius I. p. 75 P., 97 ed. Keil, ‘Hos pugillares et masculino genere et semper pluraliter dicas, sicut Asinius ‘in Valerium, quia pugillus est qui plures tabellas continet in seriem sutas. ‘At tamen haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem Catullus in hende-‘casyllabis,’ si recte Valerium restituit Hauptius. Veronensis addunt Plin. H. N. XXXVI. 48, Nonius p. 546, Priscianus p. 546 P., p. 16 T. 1 ed. Keil, interpres Veronensis ad Verg. Ecl. VI. 1; cf. Auson. Praef. ad Pacatum 2, ‘Veronensis ait poeta quondam,’ Macrob. Saturnal. II. 1, 8, ‘ut ait Vero-‘nensis poeta.’*

### I.

1. Qui *ADG* (ut uidetur) *O Phillipensis* bc *Gulielmus Pastrengicus de Originibus rerum* p. 88 b. *allatus ab Hauptio. Cui BCL La<sup>1</sup> La<sup>2</sup>, Marius Vic-torinus* 2596 P., *Terent. Maur.* 2562, 2567, *Isidorus Origg. VI. 12. 3.* *Q̄I H Uoi b Quoī ed. Pr. ex emendatione Itatorum Caridono Isidori cod. Balliolen-sis diligenter excussus ab Eduino Palmero. Qui datium habet hic, II. 3, XXIV. 5, Lucr. IV. 44 H. A. I. Munro in Diario Philol. Cantabrig. IV. 247, quem sequor.*

## Arido modo pumice expoliturum ?

1-4. Ausonius Praef. Griphi (Eidyl. XI) Dein cogitans mecum non illud Catullianum 'Cui dono lepidum nouum libellum' sed ἀμυσσόμερον et uerius Cui dono illepidum rudem libellum non diu quaesiui.

Idem Praef. ad Pacatum 1-2. 'Cui dono lepidum nouum libellum' Veronensis ait poeta quondam.

Terentianus Maurus 2560—2568

Exemplis tribus hoc statim probabis  
 Docti carmine quae legis Catulli  
 'Cui dono lepidum nouum libellum,  
 'Arido modo pumice expoliturum  
 'Meas esse aliquid putare nugas'  
 Quos dixi modo iam pedes uidemus  
 Diuersos capiti trium locatos  
 Spondeon 'cui do,' trochaeon 'ari'  
 'Meas' quis neget hunc iambon esse?

Marius Victorinus 2596 P. Quidam et trochaeum et iambum ea sede collocasse reperiuntur: inter quos et Catullus est sub exemplis huiusmodi 'Cui—expoliturum' 'Meas—nugas.'

Atilius Fortunatianus 2676 P. 318, 319 Gaisf. Nam et hendecasyllabus quem phalaecium uocamus apud antiquos auctores eodem modo solebat incipere alias a spondaeo alias ab iambico alias a trochaeo; ut apud Catullum hendecasyllabus a spondaeo, 'Passer deliciae meae puellae,' a trochaeo 'Arido (Arida *Putschius*) modo pumice expoliturum,' ab iambo 'Meas esse aliquid putare nugas.' Quae omnia genera hendecasyllabi Catullus et Sappho et Anacreonta et alios auctores secutus non tanquam uitiosa uitauit sed tanquam legitima inseruit. Id. 2702 P. 356 G. Talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo detracta priore parte 'pumice expoliturum.'

Schol. Veronens. in Verg. Ecl. VI. 1. p. 73 Keil. Vel Veronensis Catullus 'Arido—nugas.'

Isidorus Origg. VI. 12. 3 circumcidisse libros Siciliae primum increbuit: nam primo pumicabantur. Unde et Catullus ait: 'Cui—expoliturum.'

Pastrengicus de Origg. Rerum 88<sup>b</sup> Siculi libros primum circumcidere coeperunt cum ante pumicarentur, de quo Catullus 'Qui dono lepidum 'nouum libellum Arrida modo Pumicae expoliturum.' Idem. (h. e. Isidorus).

---

2. Arido uel arrido Codd. omnes, interpres Veronensis ad Verg. Ecl. VI. 1, Isidorus Origg. VI. 12, Terentian. Maur. 2563, Mar. Victorinus p. 2596 P. Arida Atilius Fortunatianus p. 2676 P., Pastrengicus de Origg. Rer. 88<sup>b</sup> ex Isidoro, margo H, ubi recentior manus scripsit "Arida pumice legendum "censeo Nanque hunc locum Seruius adducit, atque Catullum foeminino genere "protulisse." Verba Seruii haec sunt, ad Aen. XII. 587, 'Pumicem iste 'masculino genere posuit et hunc sequimur. Nam et Plautus ita dixit; 'licet Catullus dixerit feminino.' Ex hoc Seruii loco Lachmannus docet Italos arida in Catullum intulisse. Sed ubi Pastrengicus, qui uixit a. 1295—1360, arida inuenit? Non in Isidoro, nisi forte aliis codicibus usus est quam quibus nunc utimur. Hi enim habent cui, arido; Pastrengicus qui, arrida. Itaque iure Hauptius contendit Pastrengicum locum Isidori contulisse cum suo Catulli codice; (uide Proleg.) nam et qui et pumice etiam nunc reperiuntur in D. Sed omnes Catulli codices quot exstant habent arido, etiam D quamquam ibi o ita scripta est ut speciem literae a prae se ferat. cf. Froebneri Specimen in Philologo XIV. Pastreng. igitur aut in suo codice inuenit arida uel

## CARMEN I.

5

Corneli, tibi: namque tu solebas  
 Meas esse aliquid putare nugas;  
 Iam *tum* cum ausus es unus Itolorum 5  
 Omne aeuum tribus explicare cartis  
 Doctis, Iuppiter, et laboriosis.  
 Quare habe tibi quicquid hoc libelli  
 Quaecumque; quod o patrona uirgo,  
 Plus uno maneat perenne saeclo. 10

3, 4. Plin. H. N. Praef. 1. Libros naturalis historiae nouicium Camenis Quiritium tuorum opus natos apud me proxima fetura licentiore epistula narrare constitui tibi iucundissime inperator (sit enim haec tui praefatio uerissima, dum maxime consenscit in patre) namque tu solebas putare esse aliquid meas nugas: ut obicere moliar Catullum conterraneum meum; adgnoscs et hoc castrense uerbum; ille enim ut scis permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit quam uolebat existumari a Veraniolis suis et Fabullis. (*uide excursum.*)

5-8. Pastrengicus de Origg. Rerum p. 16 a De illo dici possit quod scribit Veronensis poeta dicens Ausus quidem unus Itolorum Omne aeuum tribus explicare chartis .i. uoluminibus Iuppiter doctis et laboriosis.

arido in textu, arida in marg., aut ipse ex Seruio uel grammatico arida sumpsit (quod non credo), aut oculi errore deceptus a cum o mutauit. Nec Seruii uerba huc necessario referenda sunt, sed ad uersum amissum, quemadmodum fr. 10, 11, fortasse etiam fr. 12. Eodem modo quae de Carbasso feminino dicuntur (fr. 7) ab interprete Veronensi ad Aen. VIII. 34, si uere Catullum ibi coniecit Maius, ad LXIV. 227 relaturus eram, nisi uerba aliquot superessent alius loci. Pro arido stat etiam Martialis VIII. 72. 2. 'Morsu pumicis aridi politus,' et Plini H. N. XXXVI. 154. Sed post Parthenium editores fere omnes arida admiserunt praeter Palladium Statium Conr. de Allio Lachmannum Hauptum.

punica ABDLa<sup>1</sup>Va punicae Pastrengicus pumici Schol. Veronensis in Verg. Ecl. VI. 1 ed. Herrmann.

3. Corneli? tibi codd. plerique; correxerunt Itali.

4. Meas codd., Terent. Maurus 2564, 2568, Marius Victorinus p. 2596 P., Atilius Fortunatianus 2676 P., Plin. Praef. H. N. Nostras Marcilius et Vossius.

5. Iam tam G Iam tamen ACDHLLa<sup>1</sup> a m. pr. La<sup>2</sup>OVa Iam tum hbc, marg. H, ed. Pr. est codices omnes sinceri es hb ed. Pr.

6. cartis BGLa<sup>1</sup>OV abc.

8. tibi habe codd. quicquit V libelli AG mei La<sup>2</sup>V libelli cett. est post libelli addunt Scal. Conr. de Allio. Sillig. Pobl. quicquid est libelli ed. Pr. Parthen. Ald. Guarin. Sed cf. Verg. Aen. I. 78, 'Quodcumque hoc regni,' IX. 287. Catullum respexit Censorinus de die Natali I. 'Quodcumque hoc libri est meis opibus comparatum natalicii titulo tibi misi.' Post u. 8 unum uersum excidisse censent Lachm. Haupt. Cf. Leutsch. Nunt. Erud. Gotting. 1855. p. 1991.

9. quod ABCGHLLa<sup>2</sup>OVab quidem DLa<sup>1</sup> a m. sec. ed. Pr. Ald. Guarin. Lachm. Haupt. patrona uirgo codd. praeter AC patrona uirgine AC o iam additum in Cuiaciano en Rossbachius in ed. I. o patrima uirgo Scaliger

## II.

PASSER, deliciae meae puellae,  
 Quicum ludere, quem in sinu tenere,  
 Qui primum digitum dare atpetenti  
 Et acris solet incitare morsus,  
 Cum desiderio meo nitenti 5  
 Karum nescio quid libet iocari,  
 Et solaciolum sui doloris,  
 Credo, et cum grauis acquiescît ardor :  
 Tecum ludere sicut ipsa possem

1. Atil. Fortunatianus 318 G ut apud Catullum hendecasyllabus a spondeo  
 'Passer—puellae.' Id. 2698 P. 350 G. Ecce et Phalaecium; partem primam  
 de antispasto habet ut 'Passer—puellae.'

Censorinus de Metris 2727 P., 27 Iahn., Phalaecius 'Passer—puellae.'

Qualecumque quidem est patroni ut ergo *Bergkius in Leutschii Philologo XII. p. 581. uu. 9, 10 pro interpolatis habebat Handius Obseruat. Crit. p. 24; postea malebat patrone per te (Quaest. Catull. p. 4). Eosdem del. Huscbkius Anal. p. 63, Pfeifferus Symb. Catull. p. 26. Lachmannus post quidem censet dimidiôs duos uersus desiderari; eumque secuntur Hauptius Rossbachius. Mibi patrona uirgo uidetur esse Musa cf. Sulpiciae Satir. I, 11, 'Musa . . . precibus descende clientis et audi.'*

10. peremne D perire O seculo a.

## II.

Fletus passeris Lesbiae *ABDGHLLa<sup>1</sup>La<sup>2</sup>Vb* De morte passeris amice  
 sue a *Spatium unius uersus in O.*

1. *Super* Passer deliciae O *superscriptum habet* supple ens.

2. Qui cum *BCLa<sup>2</sup>b<sup>2</sup> O* in ante sinu om. *Dousa. f. 3-5 ad bos uu. adscriptum est in margine O* interpositio est.

3. Qui *BDGLa<sup>1</sup> a m. pr. La<sup>2</sup>OVb<sup>2</sup>* Quoi Cb Cui ab marg. O.  
 at petenti G at petenti O at petenti *La<sup>2</sup>V* ac petenti *AB a m. pr. CHL* ac petenti *marg. B b<sup>2</sup>* ac appetenti D

5. Con *b<sup>2</sup>* intenti *b<sup>2</sup>* <sup>silç puelle</sup> nitenti O mittenti *Phillippensis.*

6. Karum O quod credo in archetypo fuisse \*Rarum Ha Carum cett.  
 al. iubet *marg. O*

7. In pro et Itali *Broukbusius Doer. Pleitn.* ut *marg. ed. Vicentinae 1481. Solaciolum GOa, Lachmannus Post u. 7 desiderari aliqua censet Spengelius.*

8. Credo ut cum (con *b<sup>2</sup>*) *ACDGHLLa<sup>1</sup> a m. pr., La<sup>2</sup>OV habc* Credo  
 ut B *Phillippensis* Credo ut tum *La<sup>1</sup> ex rasura* adquiescet G  
 acquiescet a acquiescet cett. adquiescet uel acquiescet A Credo  
 ut tum grauis acquiescat *Bapt. Guarinus, edd. pleraeqe* Credo uti  
*Schraderus* Credo dum g. acquiescat *Verburgius* Credo, ut cum grauis  
 acquiescet ardor, Sit sol. sui d. H. A. I. *Munro* Scripsi et cum g.  
 acquiescit. *Sensus est Quom desiderio meo libet nescio quid iocari siue ut*  
*dolorem suum soletur, siue quom amoris ardor iam acquiescit.* <sup>i. dolor</sup> ardor O

9. Et tecum *AL.* secum *marg. O marg. d* ludere G luderem D

## CARMEN III.

7

Et tristis animi leuare curas!

10

Tam gratum est mihi quam ferunt puellae  
 Pernici aureolum fuisse malum,  
 Quod zonam soluit diu ligatam.

## III.

LUGETE, o Veneres Cupidinesque,  
 Et quantum est hominum uenustiorum.  
 Passer mortuus est meae puellae,  
 Passer, deliciae meae puellae,

13. Priscianus 546 P. I. 16 *ed. Keil*. Similiter Catullus Veronensis 'quod 'zonam soluit ligatam' inter hendecasyllabos phalaecios posuit, ergo nisi 'soluit' trisyllabum accipias, uersus stare non possit.

<sup>passer</sup>  
 ipsa O ipse a, *Auantius Issa Bergkii philol. XI. 385.* Tecum ludere sicut ipsa posse *Vossius Vulp. Ed. a Bruner.*

10. *Post u. 10 spatium relictum esse in codice antiquo testantur Alex. Guarinus et Perreus apud Lachmannum. Itaque Lachm. unius uersus interuallum hic posuit; quem cum Hauptio et Froebner (Phil. XIV. 575) secutus sum, quamquam si Guarino credimus, non unus tantum uersus uidetur excidisse. Certe si recte est legitur in u. 11 tam gratum est, infinitiuum praecedere iudico; dixerat fortasse peream, nisi tecum ludere tam gratum est κ.τ.λ. uix enim similis uidetur constructio apud Tibull. I. 6. 37, 'At mihi seruandam credas; non saeuia recuso Verbera, detracto non ego uincla pedum.'*

11. *es ed. Parm. 1473 est om. Ald. I. Scaliger Doer. Hand. (Obseru. p. 41) Sill. Pobl. Spec. p. 25 Eadem erat opinio Coningtonis id pro est Muretus Heysius fuerunt AH puelle ferunt BL<sup>a</sup>V<sup>b</sup>.*

12. *Permici b<sup>2</sup>*

13. *Ronam b<sup>2</sup> ligatam ABCDHLLa<sup>1</sup>babc, Priscianus 546 P., I. p. 16 ed. Keil negatam al. ligatam G negatam La<sup>2</sup>OV Auantius Martyni-Laguna negatam b<sup>2</sup> Cf. Claudian. Fescenn. 37, 8, 'et seminudo pectore 'cingulum Forti negatum solueret Herculi.'*

*uu. 11-13 Spengel. censet a prioribus disiungendos esse quamquam ex carmine quod et ipsum de passere scriptum fuerit. Froeblichius cum XXXVIII. 8 coniungit; Pleitnerus Klotzius Schwabius ponunt ante si qui forte mearum ineptiarum—irrumabo. (XIV<sup>b</sup>.) Rossbachius eos pro fragmento habet carminis cuius initium perierit. Sed is est nexus uersuum ut disungi nequeant. Sensus uidetur esse, Nihil mihi potest esse iucundius quam cum passere ludere Lesbiae; neque enim gratiora Atalantae poma erant, propter quae fecit id quod nolebat facere, uirgo esse desiit. Cf. Pobl. Specim. pp. 21-25.*

## III.

*Inter hoc c. et c. II. nullum interuallum habent codices.*

3. *Passer O est mortuus b.*

4. *Passer O uersum om. ABCLLa<sup>3</sup>Vb<sup>2</sup>a, editiones ante Ald. I., Ald. II. Guarinus Muretus Statius Dousa f. Nonnulli eum a II. 1 inuictum putant,*

Quem plus illa oculis suis amabat : 5  
 Nam mellitus erat suamque norat  
 Ipsam tam bene quam puella matrem.  
 Nec sese a gremio illius mouebat,  
 Sed circumsiliens modo huc modo illuc  
 Ad solam dominam usque pip̄labat. 10  
 Qui nunc it per iter tenebricosum  
 Illuc, unde negant redire quenquam.

12. Seneca Apocolocynt. XI. p. 63 Buecheleri Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit a caelo unde negant redire quemquam. Illuc *post* caelo *add.* Muretus.

*oculis ab altera pagina ad alteram errantibus. Conuenit id opinioni Froebneri existumantis in utraque pagina archetypi duas columnas fuisse, quarum utraque 16 uersus contineret. Nam a II. 1 ad III. 4, 16 uersus sunt; ut in eodem loco paginae utriusque staret hic uersus 'Passer deliciae meae puellae.' Sed et hoc poterat casu euenire, neque a Caiullo abhorrent huiusmodi repetitiones uersuum. Cf. IV. 16, 17; VIII. 3, 8; IX. 3, 5; XII. 16, 17; XIII. 3, 6; XVI. 1, 14; XVII. 14, 15; XXIV. 7, 8, 10; XXIX. 2, 10; 5, 9; 11, 23. Quomodo igitur omissus est? Necessae est aut a duobus codicibus ductos fuisse eos qui nunc exstant, quorum alter uersu careret; aut si unus tantummodo erat, latius diuulgatum esse id huius exemplar in quo uersus omissus est quam id in quo supererat. Atqui habent eum cum D, tum G, qui codices antiquissimi sunt iidemque diuersissimi. Non igitur ad duos archetypos confugiendum est. Restat ut archetypi unius exemplaria duo facta sint, quorum in altero uersus esset, abesset ab altero. Causam cur exciderit credo fuisse repetitum in initio uersus uocabulum 'Passer,' quod idem accidit XLII. 12; LXIV. 258; cf. etiam XCII. 3, 4. Eadem erat sententia Scaligeri Douzae P. Doeringii Leutschii comparantis bucolicas repetitiones Bion. I. 30, 38, 89; IX. 1, 2, (Philol. X. 737.)*

5. oculis illa BL<sup>a</sup>V<sup>az</sup> ciculis b<sup>2</sup>.

6. Nam O<sup>az</sup> melitus Cb.

7. Ipsa ABCL P<sup>az</sup>hillippensis Statius Vossius Vulpius Lachmannus Orellius in Eclogis Hauptius Issa Bergkii Philol. XI. 385. Sed in hoc carmine trochaeus uersum non incipit. Ipsam defendit Froebnerus in Rben. Mus. Nou. XIII. 148 collatis Issa, issulus, ipsitilla. Vide Buechelerum ad Petron.

Satir. 63. puella<sup>nouit</sup> O

8. se ACL ingremio H<sup>puelle</sup> illius O amouebat V

9. Circum siliens G Circum silens O et in marg. al. siliens

10. pip̄labat ACGHLLa<sup>1</sup>La<sup>2</sup>OV<sup>az</sup> pip̄labat B, i recentius fortasse addita pip̄labat Dab<sup>2</sup> uulgo et Lachm. pip̄labat bcb pip̄labat marg. b Vossius, Heys. Schwab. pip̄labat Auantius pip̄labat Guarinus pip̄labat Muretus pip̄labat Statius. Vide excursum.

11. Id V<sup>az</sup> tenebrosum codd. omnes praeter b<sup>2</sup> tenebricosum b<sup>3</sup> B a m. sec. tenebricosum La<sup>1</sup> a m. sec., ed. Pr.

12. Illuc BL<sup>a</sup> post rasuram uterque, marg. O Illud codices ceteri, fortasse recte: locus enim Senecae rem relinquit incertam. Retinui tamen illuc cum omnibus edit. praeter Conr. de Allio, qui trochaeos non credam in hoc carmen inferendos esse. negat b<sup>2</sup>. .f. in infernum marg. O



## CARMEN III.

9

At uobis male sit, malae tenebrae  
 Orci, quae omnia bella deuoratis:  
 Tam bellum mihi passerem abstulistis. 15  
*Vae* factum male! *uae miselle* passer,  
 Tua nunc opera meae puellae  
 Flendo turgiduli rubent ocelli.

17. Schol. Iuuenalis S. VI. 8 (in Kramerii Mantissa, p. 598) Alludit ad uerba Catulli conquerentis de passere mortuo. Catullus 'Tua—ocelli.'

Ibid. Amicam Catulli tangit quae propter edomitum passerem mortuum sibi missum ab adultero in tantum fleuit ut oculos corrumpere.

IV. 1. Terentian. Maur. 2276, Ante ergo uersum collocabo iambicum 'Phasellus—hospites.' Cf. 2283, 2311, 2376, 2379, 2424, 2426, 2431, 2432, 2445, 2469.

Mar. Victor. 2572 P. 170 G. Exemplum ergo trimetri iambici erit 'Phasellus—hospites.'

14. Orcique <sup>al. quae</sup> *G* Orcique *COB* <sup>al. pulchra</sup> bella *G* <sup>i. pulchra</sup> bella *O* deuorantis *b*<sup>2</sup>.  
 15. mihi bellum *b*.

16. Bonum (Bonum *La*<sup>1</sup> Donum *H*) factum male (male *O*) bonus ille passer *AB a m. pr. CDGHLLa'La*<sup>2</sup>*OV Vic* Bonum foedēn male bonus ille passer *b*<sup>2</sup> *O* factum male *O* miselle passer *uel* passer *O* miselle *uel* bellus ille passer *Itali*, (ex *Cic. ad Att. XV. 1, 1* *O* factum male de Alexione, cf. *Inscriptionem in Gallia nuper repertam quam in excursu addidi*) quorum uerborum *O* factum male *habet marg. d, ed. Pr.*, *O* miselle passer *c, marg. d, ed. 1473*, bellus ille passer *b*. *O* factum male, *O* miselle passer *recepertunt post Statium plerique* *O* factum male *proh m. p. Bapt. Guarinus* *Proh* fact. m. *proh. m. passer Froeblichius* *O* factum male *io m. passer Lachmannus Orellius in Eclogis Hauptius Schwabius* *uae pusillae passer Balth. Venator, unde ipse scripsi* *uae factum m. uae m. passer. Confunduntur u, b saepissime: nec multum placet hiatus male O* (cf. *Bentleium ad Hor. C. III. 14, 11, cui hic uersiculus in mendo cubare uidetur, Lachm. ad Prop. IV. 12, 61, p. 287 ed. 1816, et ad Lucret. VI. 743, L. Muellerum de Re Metrica, p. 306*) *quanquam defendi poterit ex XXXVIII. 2, CXIV. 6. Miselle passer uere scribi ostendunt Tertullian. de Test. Anim. IV. 'Cum alicuius defuncti recordaris, misellum 'uocas eum.' Petron. 165, 'Scissa sacrum noventiale seruo suo misello 'faciebat quem manumiserat mortuum.' Gloss. Ball. 'Misellus mortuus.'*

17. Tua <sup>quia</sup> *O* *Vestra Auantius et sic m. sec. a* *cuia Vossius mea*  
 Schol. Iuuenalis S. VI. 8, in Kramerii Mantissa, p. 598.

18. tument *BLa*<sup>1</sup>*Vbd* <sup>tument</sup> *rubent a* *turbiduli Marcilius tanquam lectum a Juuenale VI. 8, 'Turbauit nitidos exstinctus passer ocellos.'*

## IV.

PHASELLUS ille, quem uidetis, hospites,  
 Ait fuisse nauium celerrimus,  
 Neque ullius natantis impetum *trabis*  
 Nequisset praeterire, siue palmulis  
 Opus foret uolare siue linteo. 5  
 Et hoc negat *minacis* Adriatici  
 Negare litus insulasue Cycladas

Augustin. de Musica V. 5. Neque quisquam umquam uersum esse dubitauit, 'Phase'llus—hospites.'

Ib. 11. Etiam istum uersum metire si placet et mihi de membris eius pedibusque responde 'Phase'llus—hospites.'

Ib. 16. Et 'Phase'llus—hospites' primum membrum habet 'Phase'lus ille' in semipedibus quinque, secundum in septem 'quem uidetis hospites.'

Fragm. eorumdem librorum de Musica apud Maium in Scriptor. Vet. Nou. Collect. T. III. P. III. p. 132, c. XVII. Eodemque modo uersum iambicus senarius fit trochaicus ut est 'Phase'llus—hospites.'

Ib. c. XVIII. Etiam nunc V et III semipedes uideamus, qualis est iste uersiculus 'Phase'llus ille quem uidetis.'

Ib. c. XIX. Alterum quod iambicum dicitur et eadem ratione inuenitur trochaicum, cuius exemplum 'Phase'llus—hospites.'

Censorinus de Metr. 2726 P. 94 Iahn. Trimetros iambicus Latine senarius dicitur; cuius exemplum 'Phase'llus iste—hospites.'

Schol. ad Lucani Pharsal. V. 518. 'Phase'llo' genus nauis, ut ait Catullus (Plautus *cod.*) 'Phase'llus—hospites.'

## IV.

Cum hoc carmine comparanda est Parodia in Vergili Catalectis VIII. 'Sabinus ille quem uidetis hospites,' κ.τ.λ.

DE PHASELLO ABGL<sup>1</sup>La<sup>2</sup> ab DE PHASELO DL DE QVODAM PHASELLO H. *Spatium unius uersus in OV.*

1. Phase'llus ACHLa<sup>1</sup>bb<sup>2</sup>c Staius Scaliger Phase'lus G (*erasa altera l*) Hasellus VO Phasselus B Phase'lus a ille *codices praeter V, Terentian. Maurus 2276, Marius Victorinus p. 2572 P., Augustinus de Musica, V. 5, 11, 16, et eiusdem fr. XVII. XVIII. XIX. in Maii Script. Vet. Nou. Collect. T. III. part. III. p. 132, Scholiastes Lucani V. 518, Parodia iste V, Censorinus Iabnii, p. 94.*

2. Aiunt *codices omnes* Ait Calpurnii ed. 1481, Parodia celerrimus celerrimus Parthenii ed. 1486, Parodia.

3. Illius *codices* Vllius Calpurnius, Parodia in ed. Vergili 1473 tardis *codices, nisi quod b<sup>2</sup> habet tradis trabis Calpurnius ratis corr. Paris. tardis uel tradis A.*

4. Neque esse *codices nisi quod* Neque esset *habent Hb<sup>2</sup>d* Nequisset ed. 1473 praeter ire L. Mueller et H. A. I. Munro siue b, Parodia sine *cett.*

5. Opus si a siue b, ed. 1473, Parodia sine *cett.*

6. Et *codices* neque Parodia mina ei V mina ei B a m. prima, DGHO a bb<sup>2</sup> ei mina C ei minas AL minacis La<sup>1</sup> ex rasura, ed. 1473.

7. insula uegeladas O ciclades a cyclados b<sup>2</sup>